[Vinzenz Staufer]: Catalogus codicum manu scriptorum, qui in bibliotheca monasterii Mellicensis O.S.B. servantur I

Melk, 1889 Seite 196

Quelle:
Copyright:

4. f. 30ᵇ—32ᵃ. S. Augustini Liber de honestate mulierum. Incip.: *Nemo dicat fratres quod in temporibus.* Explic.: *Cuius misericordia plena est terra.*

Edit. Migne, Patrol. (p. lat.), tom. XXXIX, p. 2303 sqq.

5. f. 32ᵃ—34ᵃ. S. Augustini Liber de salute animae. Incip.: *Anima mea, si vis amari a Deo.* Explic.: *Quam terrestrium occupatione delectari.*

6. f. 34ᵃ—51ᵇ. S. Augustini Soliloquia. Praemittitur registrum in hunc librum. Incip. opus: *Cognoscam te domine.* Explic.: *Ut aquile canos meos . . . . et spiritui sancto. Amen.*

De editione conf. n. 2 codicis praecedentis (124).

7. f. 51ᵇ—75ᵇ. S. Augustini Libri tres de mirabilibus novi et veteris testamenti. Incip. prologus: *Venerabilissimis urbium . . . Beatissimi cum ad huc viveret.* Explic. prologus: *Occasione aliqua non fastidiant.* Sequuntur capitula primi libri. Incip. opus: *Cum omnipotentis Dei auxilio.* Explic.: *Et ceteri exemplo huius castigarentur.*

Edit. Migne, Patrol. (p. lat.), tom. XXXV, p. 2149 sqq.

8. f. 76ᵃ—79ᵃ. S. Bernardi Epistola de moribus adolescentum. Incip.: *Hortatur quidem timidam mentis mee imperitiam.* Explic.: *Totisque viribus sibi dirripiunt illud.*

9. f. 79ᵃ—82ᵇ. S. Augustini Liber de lapsu mundi, de incertitudine hujus vitae et de avaritia. Incip.: *Omnis homo in tribulatione aliquando constitutus.* Explic.: *Ad malam possunt transferri partem.*

Fol. 83—96 scriptura vacant.

-1903-

127. [C. 5.]

Codex membr. chart. saec. XIV et XV. ~~Fol.~~ Pag. 1—852 manu recenti signat. (fol. 842—852 non signata sunt.) In interioribus partibus sunt lectiones in varias ferias septimanae saec. XIII cum neumis. Ille codex binis lineis scriptus est. In Folio.

1. f. 1—209. Gutolphi, monachi monasterii s. Crucis, Summa grammaticae, edita pro monialibus ad s. Nicolaum extra muros Viennae. Incip.: *Frater Gutolfus peccator et inutilis. Amantissimis in Christo filiabus ad sanctum Nicolaum sacris virginibus curis adhuc stolaribus occupatis florem castitatis immarcestabilem perpetuo custodire. Continuos quidem sed inanes.* Explic.: *Si quid in suis quoque scriptis humani erroris acciderit, quod sit emendandum. Valete semper.* (rubr.) *Explicit summa grammatice fratris Gutolffi, monachi monasterii sancte crucis. Edita pro monialibus monasterii ad sanctum Nicolaum extra muros Wienne etc. Valete semper.*

Fol. 210—212 scriptura vacant.